

ΒΙΟΣ ΜΑΡΙΑΣ ΑΙΓΥΠΤΙΑΣ

ΤΗΣ ΑΠΟ ΕΤΑΙΡΙΩΝ ΟΣΙΩΣ ΛΕΚΗΣΑΣΗΣ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΦΗΜΟΝ ΤΟΥ ΙΟΥΔΑΙΟΥ (1).

VITA MARIE ÆGYPTIÆ

QUÆ EX MERETRICE ASCETA FACTA EST IN SOLITUDINE JORDANIS.

Ex Ms. Mediceo Regis Christianissimi collato cum Ms. Monachensi Ducis Bavariz, edidit BOLLAND.,
Act. Sanct. April. t. I, Latine p. 76, Græc. app. p. xiii.

PROLOGUS.

α'. Μυστήριον βασιλείας κρύπτειν καλόν, τὰ δὲ ἔργα Α τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἐνδοξόν· οὕτω γὰρ εἶπεν ὁ ἄγγελος τῷ Τιμῳίτῃ, μετὰ τὴν παράδοξον τὴν ἐκ τυφλώσεως τῶν ὀφθαλμῶν ἀνάβλεψιν, καὶ μετ' ἐκείνου τοὺς κινδύνους, οὓς διήλθε, καὶ ὡν ἐρρύσθη, δι' ἣν εἶχεν εὐσέβειαν. Καὶ γὰρ τὸ βασιλείας μὴ φυλάττειν μυστήριον, ἐπισφαλὲς καὶ ἀπόλεθρον. Καὶ τὸ σιγᾶν Θεοῦ ἔργα παράδοξα, ψυχῆς φέρει τὸν κίνδυνον. Ὅθεν ἀγῶ φρόνῳ τοῦ σιωπᾶν τὰ θεῖα βαλλόμενος, καὶ τὸν ἐπηρησμένον κίνδυνον τῷ δούλῳ, ὑποφωμένος, ὃς λαβὼν ὑπὸ τοῦ δεσπότου τὸ τάλαντον, εἰς γῆν ἐκεῖνο κατώρυξεν (2), καὶ τὸ δοθὲν εἰς ἐργασίαν ἐκρυψεν ἀπραγμάτευτον· ἐξήγησιν ἱερὰν, ἕως ἡμῶν καταντήσασαν, οὐδαμῶς σιωπήσομαι. Καὶ μοι μηδὲς ἀπιστεῖτω ἄπερ ἀκήκοα γράφοντι, ἢ ἐμὲ τερατεύεσθαι τὸ παράπαν ἡγούμενος, ἢ τοῦ πράγματος τῷ μεγέθει πληττόμενος· ἐμοὶ μὲν γὰρ μὴ γένοιτο καταψεύσασθαι καὶ καπηλεύεσθαι λόγον, ἐν ᾧ Θεοῦ μνημονεύεται (3). Καὶ τὸ σμικρὰ (4) δὲ φρονεῖν καὶ ἀναξία τῆς τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ Λόγου μεγαλειότητος, καὶ ἀπιστεῖν τοῖς οὕτω λεγομένοις (5), οὐ μοι δοκεῖ ἔχειν τὸ εὐλογον· εἰ δὲ τινες εἰσὶν οἱ τῆδε τῇ γραφῇ ἐντυγχάνοντες, καὶ τὸ παράδοξον τοῦ λόγου ὁρῶν καταπληττόμενοι, καὶ πιστεύειν ἐπιχειρῶς οὐκ ἐθέλοντες, κάκεινοις ὡς γένηται Κύριος, ἐπειδὴ καὶ αὐτοὶ τὸ ἀσθενὲς τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως λογίζονται, δυσπαράδεκτα ἡγοῦνται τὰ παραδόξως (6) πως περὶ ἀνθρώπων λεγόμενα. Εἰμι (7) δὲ λοιπὸν ἐπ' αὐτὴν τὴν διήγησιν, πρᾶγμα λέξω ἐν τῇ γενεᾷ τῇ καθ' ἡμᾶς γενόμενον (8). Ὅπερ ἱερὸς ἀνὴρ, τὰ θεῖα λέγειν καὶ πράττειν ἐκπαίδοθεν μεμαθηκώς, ἀφηγησάτο. Ἀλλὰ μὴδὲ τοῦτο πρὸς ἀπιστίαν ἐλκύσῃ τοὺς ἐντυγχάνοντας, τὸ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς γενεᾷ θαῦμα τοιοῦτον ἡγουμένους γενέσθαι ἀδύνατον· ἢ γὰρ χάρις τοῦ Πατρὸς (9) κατὰ γενεὰν εἰς ψυχὰς ὁσίας διαβαίνουσα, φίλους Θεοῦ καὶ προφῆτας κατασκευάζει, καθὼς ἐδίδαξεν ὁ Σολομῶν. Καί τοις λοιποῖς τῆς ἱερᾶς ἐκείνης ἀπαρξάσθαι διηγῆσεως.

1. Secretum regis celare bonum est, opera autem Dei prædicare gloriosum: ita angelus dixit Tobiz post mirabilem illam oculorum excæcatorum illuminationem, easque ærumnas, quas sustinuit, et a quibus ereptus est propter suam pietatem. Etenim non servare arcanum regis, res est noxia et periculosa: Dei autem opera reticere, animam adducit in discrimen. Ego igitur silere divina reformidans, et respiciens sententiam prolatam in servum, qui acceptum domini sui talentum in terra abdidit, et infructuosum reliquit quod ad utilitatem datum erat; sacram narrationem, quæ ad meas usque pervenit aures, non obvolvam silentio. Nemo vero cunctetur adhibere silentium audita scribenti, aut omnino fingere me existimet, rei magnitudine obstupefactus. Absit a me sacrum sermonem, in quo nominandus Deus, interpolare mentiundo. Quod si quibus, parva et incarnati Verbi magnitudinem minus decentia cogitantibus, accidat fidem negare dicendis; eos ergo crediderim contra rationem agere: si qui autem in hanc incidant scriptionem, et facti novitate consternati nolint facile eam recipere, his quoque misericors Dominus sit; quoniam etiam hi humanæ naturæ infirmitatem considerantes, incredibilia æstiment quæcunque ultra captum humanum dicuntur. Nihilominus, aggrediar narrationem, rem dicturus hac nostra ætate factam, prout eam exposuit vir quidam, a puero doctus loqui et agere divina. Rursum autem neque hoc in argumentum diffidentiz adducant aliqui, æstimantes accidere non posse ut hanc nostra ætate ejusmodi fiat quidpiam: nam gratia Patris, per generationes in animas sanctas se transferens, amicos Dei et prophetas constituit, uti Salomon docet. Tempus porro est sacram illam ordiri narrationem.

CAPUT I.

Sancti Zosimæ vita monastica, accessus ad Jordanem, inventa ab eo Maria.

β'. Ἐγένετο τις ἐν τοῖς κατὰ Παλαιστίνην μοναστηρίοις ἀνὴρ, βίῳ καὶ λόγῳ κοσμούμενος, ὃς ἐκ σπαργάνων αὐτῶν τοῖς μοναχικοῖς ἀνστράφη ἡθεσὶ τε καὶ

2. Fuit in iis quæ per Palæstinam sunt monasteriis, vir quidam lingua ac vita cultus, atque ab infantia monasticis moribus actionibusque inu-

NOTÆ.

(1) Ms. Bavaricum addit in titulo συγγραφεὶς παρὰ τοῦ ἐν ἁγίοις Σωφρονίου ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων Vita... scripta a sancto Sophronio archiepiscopo Hierosolymorum.

(2) Ita idem ms. Regium vero κατέκρυψεν, quod non displiceret, nisi immediate post sequeretur ἐκρυψεν.

(3) Idem, et forte melius, τῶν ἱερῶν καταψεύδεσθαι, καὶ καπηλεύειν τὸν λόγον, de rebus sacris mentiri et adulterare sermonem.

(4) Ita melius ex Bavar. quam quod in Regio erat, καὶ τοῖς μικρὰ.

(5) Alias γενομένοις, factis.

(6) Ad verbum, quæ de hominibus quomodocunque mirabiliter dicuntur.

(7) Εἰμι, eo, ingredior: melius quam quod in Bavarico est ἴημι.

(8) Alias, γενέσθαι λεγόμενον, quod factum dicitur.

(9) Ibidem, τοῦ Πνεύματος, Spiritus; et mox κατὰ γενεὰς, secundum generationes et generationes: in Vulgata nostra est, per nationes: ubi hæc dicuntur de Sapientia.

ius, Zosimas nomine, ætate senex. Nemo autem appellationi soli inherens, sermonem mihi existimet esse de eo Zosima, qui circa doctrinam lapsus, minus recte sapuit: alius enim hic, et ille alius; multumque differunt inter se, quamvis nomenclaturam ambio eandem sortiti. Iste Zosimas orthodoxus fuit, qui in uno monasteriorum antiquorum ab initio conversatus, per omne exercitationis genus probatus, et ad omnem virtutem congruenter institutus, totum quidem ordinem in ejusmodi palestra solitum servari custodivit, multa vero et sponte adjecit, volens carnem spiritui subicere. Quod ita ei successit, ut, propter multarum rerum spiritualium experientiam, sæpius ex vicinis aut etiam remotioribus monasteriis ad eum confluerent plures, ipsius doctrina ad perfectionem informandi. Cum autem tantam animarum tractandarum peritiam assecutus esset senex, nunquam remissius egit in meditatione eloquiorum divinarum; sed in-istebat eisdem, seu decumberet strato, sive assurgeret, vel quidpiam manibus operaretur, aut etiam cibum, quando hunc sumere conveniebat, ausciperet. Si vero scire cupis quisilli cibus saperet, is utique qui nunquam consumebatur et nunquam ei deerat, psallere incessanter et sacras Scripturas animo ruminare. Quin etiam dicunt aliqui, divinis sæpe dignatum visionibus, mente ipsius coelitus illuminata: quemadmodum enim dicit Dominus, semper vigilantis spiritus oculo divinæ illustrationis species contemplabuntur, quicunque carnem suam expurgarint, et viventes sobrie, ejus quod ipsos manet boni arrhas exinde percipient.

3. Dicebat autem ipse de se Zosimas, quod ab ulnis, ut sic loquar, paternis in monasterium istud datus, per annos quinquaginta tres in monastico cursu perseveravit: postea vero vexari, ut inquietabat, cœpit cogitationibus quibusdam, quasi jam esset perfectus in omnibus, nec alienæ instructionis ullatenus indigens. Sic enim, ut dixit, secum ipse diserebat; putasne, in terra est monachus, qui prodesse mihi possit, meque docere aliquod exercitationis genus novum, quod necdum novi et ipso opere non sum expertus? aut erit in eremo philosophantium quispiam, qui me vel cognitione vel actione præcedat? Hæc cogitante senex, supervenit quidam, et dixit ei: O Zosima, bene tu quidem, et quomodo homini est possibile certavisti, bene monasticum percurristi stadium: verum inter homines nemo est qui perfectum se possit dicere: sed plus quam assecutus est ei superest consequendum, quamvis nos id ignoremus. Ut igitur seias ipse, quam multæ sint aliæ viæ quæ ad salutem ducant; egredere de terra tua et de cognatione tua, et de domo patris tui, quemadmodum venerabilis patriarcha Abraham et veni in monasterium quod situm est prope Jordanem fluvium.

4. His auditis, exurgens continuo senex et mandato obediens, exiit e monasterio, in quo ab adolescentia manserat; veniensque ad Jordanem inter flumina sanctissimum, ab eo qui se vocarat deducitur ad monasterium, in quo esse eum volebat Domi-

A πρίμασι· Ζωσιμᾶς ἦν ὄνομα τοῦτω τῷ γέροντι. Καὶ μὴ τις τῇ ἐπωνυμίᾳ (10), νομισάτω με ἐκείνων λέγειν τὸν Ζωσιμᾶν, τὸν ἐν δόγμασι ποτὲ διαβληθέντα ὡς ἑτερόδοξον· ἄλλος γὰρ οὗτος, καὶ ἄλλος ἐκεῖνος, καὶ πολὺ τὸ μεταξὺ τῶν δύο τὸ διάφορον, εἰ καὶ μίαν ἐκέκτηντο τὴν προσηγορίαν ἀμφοτέροι. Οὗτος τοίνυν ὁ Ζωσιμᾶς ὀρθόδοξος, ὃς ἐμόναζεν ἀρχῇθεν ἐν τινι τῶν πάλαι μοναστηρίων, πᾶν εἶδος (11) ἀσκήσεως μετερχόμενος, καὶ πρὸς πᾶσαν ἐγκράτειαν (12) γενόμενος ἐπιτήδειος· πάντα μὲν γὰρ κακὸν ἀπραδεδομένον ὑπὸ τῶν (13) πρὸς τὴν τοιαύτην αὐτῶν παλαίστραν παιδοτριθεσάντων ἐφύλαττεν, πολλὰ δὲ καὶ αὐτὸς προτεπενώθηεν οἰκοθεν, ὑποτάξαι ζητῶν τὴν σάρκα τῷ πνεύματι. Καὶ γὰρ τοῦ σκοποῦ οὐ διήμαρτεν· οὕτω γὰρ ἦν ὁ γέρον [ἐπίσημος] περὶ τὸ πνευματικόν, ὡς πολλοὺς (14) πολλὰκις τῶν ἐγγύθεν μοναστηρίων, ἔστι δὲ ὅτε καὶ τῶν μακρὴν ἀπέχοντων, φοιτᾶν πρὸς αὐτὸν, καὶ πρὸς ἐγκράτειαν ὑπὸ τῆς ἐκείνου διδασκαλίας τυποῦσθαι [καὶ κανονίζεσθαι]. Καίπερ δὲ οὕτως ἔχων περὶ τὸ πρακτικὸν εἶδος ὁ γέρον, οὐδὲ τῆς μελέτης τῶν βιβλίων Λογίων ποτὲ παρημέλησεν· ἀλλὰ καὶ κοιταζόμενος, καὶ ἀνιστάμενος, καὶ ἐν χειρὶ κρατῶν τὸ ἐργόχειρον, ὄθεν τὴν τροφὴν ἐπορίετο (15). Εἰ δὲ θέλεις μαθεῖν τῆς τροφῆς, ἥς ἐκεῖνος ἐγεύετο, ἐν ἔργον εἶχεν ἐκεῖνος ἀσίγητον, μηδέ ποτε δαπανώμενον, τὸ ψάλλειν διὰ πάντος, καὶ μελέτην αἰεὶ ποιεῖσθαι τῶν ἱερῶν Λογίων (16). Πολλὰκις γοῦν φασὶ τινες καὶ θείας δόξας ἀξιοῦσθαι τὸν γέροντα θεοθεν αὐτῷ γενναμένης ἐλλάμψεως, καθάπερ ὁ Κύριος εἶπεν, Οἱ τὴν σάρκα δηλαδὴ τὴν ἑαυτῶν ἐκκαθάραντες, καὶ νήροντες· αἱ ἐρηγοροῦσι τῷ τῆς ψυχῆς αὐτῶν θυμῳ, ὁρῶσι θείας ἐλλάμψεως ὁράσεις, ἀβραβῶνας ἐντεῦθεν τοῦ μένους αὐτοῦ καλοῦ κομιζόμενοι.

Γ. Ἐλέγεν οὖν ὁ Ζωσιμᾶς, ἐξ αὐτῶν εἰπεῖν τῶν πατρικῶν (17) ἀγκάλων ἐν τῷ μοναστηρίῳ τοῦτω δεδοσθαι, καὶ μέχρι τρίτου καὶ πεντηχοστοῦ ἔτους ἐν αὐτῷ τὸν δρόμον τὸν ἀσκητικὸν ἠνυκίειν (18). Μετὰ δὲ ταῦτα παρενωχλήθη, ὡς ἐρασκεν, ὑπὸ τινων λογισμῶν, ὡς ἄρα (19) τελειούμενος ἐν ἁπασί, τῆς δέουσι διδασκαλίας οὐδαμῶς προσδεόμενος· ταῦτα γὰρ, ὡς ἔλεγεν, καθ' ἑαυτὸν ἐλογίζετο. Ἀράγε ἔστιν ἐν τῇ γῇ μοναχός, ὁ δυνάμενος ξένον τι παραδοῦναι μοι, ἢ ὑπελῆσαι με ἰσχυῶν, ὅπερ οὐκ οἶδα, οὐδὲ κείπραχα, εἶδος ἀσκήσεως; ἄρα εὐρίσκειται τῶν ἐν ἐρήμῳ φιλοσυφούντων ἀνὴρ ὃς κατὰ πρόβην ἢ θεωρίαν πρωτεύει μοι; Ταῦτα δὲ λογιζόμενος τοῦ γέροντος, ἐφίσταται τις αὐτῷ καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· Ὁ Ζωσιμᾶ, καλῶς μὲν καὶ ὡς ἦν δυνατόν ἀνθρώπων ἠγωνίσαι, καλῶς δὲ καὶ τὸν ἀσκητικὸν δρόμον διήνυσαι· πλὴν οὐδεὶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν ἔχων τὸ τέλειον, ἀλλὰ μελίων ἐστὶν ὁ ἀγὼν ὁ προκειμένος τοῦ παρωχηκότος ἡδῆ, πᾶν ὑμεῖς οὐ γινώσκετε. Ἰνα γὰρ καὶ αὐτὸς οὖν, πόσαι εἰσὶ καὶ ἄλλαι πρὸς σωτηρίαν ὁδοί, ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς συγγενείας σου, καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρὸς σου, καθάπερ Ἀβραὰμ ἐκεῖνος ὁ ἐν πατριάρχαις αἰδέσιμος, καὶ δεῦρο εἰς τὸδε τὸ μοναστήριον, τὸ πλησίον Ἰορδάνου τοῦ ποταμοῦ διακείμενον.

Δ. Αὐτίκα γοῦν ὁ γέρον, ἀκολουθῶν τῷ κελεύσματι, ἐξῆλθαι τοῦ μοναστηρίου, ἐν ᾧ ἐκπαίδευσεν ἐμόναζε· καὶ καταλαβὼν Ἰορδάνην τὴν ἐν ποταμοῖς ἀγιωτάτον, ὁδηγεῖται ὑπὸ τοῦ κελεύσαντος αὐτὸν εἰς ἐκεῖνο τὸ μοναστήριον, εἰς ὃ ὁ θεὸς αὐτὸν γενέσθαι παρ-

NOTÆ.

(10) Ms. Bavar. τῇ ὀμωνυμίᾳ, nominis idenitate
(11) Ibidem additur, ὡς οἶόν τε, ut videtur, pro viribus.

(12) Alias, καὶ πρὸς πάσης ἐγκρατείας λόγον, ad omnis continentiæ normam.

(13) In ms. regio omittitur, ὑπὸ τῶν, et solum dicitur πρὸς τὴν τοιαύτην αὐτῶν παλαίστραν παιδοτριθεσίντα.

(14) Ibidem περὶ τὸ πρακτικόν, nos utrumque interpretando conjunximus.

(15) Ad verbum, unde sibi victum comparabat.

Ms. Bavaricum aliter periodos dividens, hunc formati sensum, καὶ τροφῆς· εἰ δὲ ὄν καλεῖν τροφὴν ἢ ἐκεῖνος ἐγεύετο, μεταλαμβάνων, et cibum (si tamen cibum appellare deceat quem gustabat ille) de more capiens. Unum opus, et.

(16) Idem τὰ ἱερώτατα λόγια.

(17) Idem μητρικῶν, maternis; et melius.

(18) Alias, διανύσαι ὡς οἶόν τε.

(19) Item, ὡς εἴη τετελειούμενος ἐν πᾶσι τῆς ἐρήμου, quasi perfectus esset in omnibus ad eremum, seu eremiticam vitam spectantibus.

εκελεύσατο (20). Κρούσας τοίνυν τῇ χειρὶ τὴν θύραν [τῆς αὐλῆς] ἐντυγχάνει πρῶτον μοναχῷ τῷ τὴν θύραν φυλάττοντι· ἐκεῖνος δὲ αὐτὴν μὲνυει πρὸς τὸν ἡγούμενον· ὁ δὲ τοῦτον δεξάμενος, σχημά τε καὶ ἥθος· εὐλαβείας θεασάμενος, βαλόντα τὴν συνήθη τοῖς μοναχοῖς μετάνοιαν καὶ λαβόντα εὐχὴν, ἡρώτησεν αὐτόν (21)· Πόθεν, ἀδελφε, παραγέγονας, καὶ τίνος ἕνεκα πρὸς τοὺς ταπεινοὺς ἐλήλυθας γέροντας; Ὁ δὲ Ζωσιμάς ἀπεκρίνατο, τὸ μὲν πόθεν, λέγειν (22) οὐκ ἀναγκαῖόν μοι· ὡφελείας δὲ χάριν, ὦ Πάτερ, ἐλήλυθα· ἀκήκοα γὰρ περὶ ὑμῶν ἔνδοξα (23) καὶ ἀξέπαιστα, δυνάμενα ψυχὴν προσοικειῶσαι Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν. Εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ ἡγούμενος, Ὁ Θεός, ἀδελφε, ὁ μόνος ὡμιμένος τὴν ἀνθρωπίνην ἀσθένειαν, αὐτὸς καὶ σὺ καὶ ἡμᾶς διδάξει τὰ θεῖα θελήματα, καὶ δειγθήσῃς εἰς τὸ ποιεῖν τὰ προσήκοντα· ἀνθρώπος γὰρ ἀνθρώπων ὡφελῆσαι οὐ δύναται, εἰ μὴ ἕκαστος ἐαυτῷ προσέχοι διαπαντός καὶ νήφοντι τῷ νῷ τὸ δέον ἐργάζοιτο. Θεὸν κεκτημένος τῶν πρακτομένων συλλήπτορα. Πλὴν ἐπείπερ, ὡς ἔφης, ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ θεάσασθαι ὑμᾶς τοὺς ταπεινοὺς κεκλήνκεν γέροντας, μένιν μεθ' ἡμῶν εἰπερ τοῦτου παραγέγονας ἕνεκα, καὶ πάντας ἡμᾶς διαθρέψει, τῇ τοῦ Πνεύματος χάριτι, ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ δοῦς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ λύτρον (24) ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ τὰ ἴδια πρὸς ἡμᾶς καλῶν ἐξ ὀνόματος. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ ἡγουμένου τῷ Ζωσιμᾷ, βαλὼν αὐτὸς μετάνοιαν, καὶ αἰτήσας εὐχὴν, καὶ ἐπειπὼν, Ἀμήν, ἔμεινεν εἰς αὐτοῦ τὸ μοναστήριον.

ε'. Εἶδε δὲ γέροντας πράξει καὶ θεωρίᾳ ἐκλάμποντας [καὶ τῷ πνεύματι ζέοντες], καὶ τῷ Κυρίῳ δουλεύοντας· ψαλμῶδία γὰρ ἦν ἀκατάπαυστος, στάσιν ἔχουσα παννύχιον· καὶ ἐν χερσὶν εἶχον αἱ τὸ ἐργάζοιτο οὐκ ἐπολιτεύετο, φροντίς πραγμάτων παρ' ἐκείνοις οὐκ ἐχρημάτιζε, πρόσδοσις τε δι' ἑτους ἀριθμούμεναι [τε καὶ συναγόμεναι] καὶ μέριμναι βιωτικοῖς μόθοις ἀρμόδους, οὐδὲ ὀνόματι παρ' αὐτοῖς ἔγνωρίζοντο (25)· ἀλλ' ἐν τῇ [καὶ πρῶτον] καὶ μόνον τὸ σπουδαζόμενον πᾶσι, τὸ ἕκαστον αὐτῶν νεκρὸν εἶναι τῷ σώματι, ὡς ἀπαξ τῷ κόσμῳ καὶ τοῖς ἐν κόσμῳ ἄπαντι ἀποθανόντα, καὶ μὴ ὑπάρχοντα. Τροφὴν δὲ εἶχον ἀδάπανον, τὰ θεόπνευστα λόγια· ἐτρεφον δὲ καὶ τὸ σῶμα τοῖς ἀναγκαίοις μόνοις, ἄρτι καὶ ὕδατι, ὡς ἕκαστον εἶναι πρὸς τὴν θεῖαν ἀγάπην διάπυρον. Ταῦτα Ζωσιμάς, ὡς εἶπεν, θεώμενος ὡκοδομεῖτο λίαν ἐκπετεινόμενος πρὸς τὰ ἐμπροσθεν, αἱ τε συν-αὐτίων τὸν δρόμον τὸν ἴδιον, καὶ συνεργάτας εὐρὼν καλῶς τὸν θεῖον νεουργοῦντας παράδεισον.

ς'. Ἡμερῶν δὲ διελευσῶν ἱκανῶν, ἤγγισεν ὁ καιρὸς καθ' ὃν ἱερὰς νηστείας ἐκτελεῖν Χριστιανοὶ παραδίδονται, προκαθαίρουσι ἐαυτοὺς εἰς τὴν τοῦ θεοῦ πάθους καὶ τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ προσκύνησιν. Τῇ δὲ πύλῃ τοῦ μοναστηρίου ἀνοίγομένης μηδέποτε, ἀλλὰ αἱ κεκλεισμένης καὶ ποιούσης τοῖς μοναχοῖς τὴν ἀσκησιν ἀνενόγητόν· οὐδὲ γὰρ ἦν ἀνοίξει, εἰ μὴ πού μοναχὸς διὰ τινος χριστιαν ἀναγκαίαν παρέβαλλεν· ἐρημὸς γὰρ ἦν ὁ τόπος, καὶ τοῖς ἐκ ἐκτὸς τῶν κλεισῶν μοναχοῖς οὐκ ἀνεπίδατος δὲ μόνον ἀλλὰ καὶ ἀγνωστος. Κανὼν δὲ τις οὗτος ἐν τῷ μοναστηρίῳ [ἀνωθεν] ἐφυλάττετο, δι' ὃν, οἶμαι, Θεός καὶ Ζωσιμᾶν εἰς ἐκεῖνο· τὸ μοναστήριον ἤγαγεν. Τίς δὲ ὁ κανὼν, καὶ πῶς ἐφυλάττετο, ἔθεν ἐρῶ· Τῇ Κυριακῇ, ἐξ ἧς πρώτη τῶν νηστειῶν ἑβδομάς ὀνομάζεται· εἰσὼθεν, ἐτελείτο δηλαδὴ ἡ θεῖα μυσταγωγία κατὰ τὸ σύνθετος, καὶ τῶν ἀχράντων ἐκείνων ἕκαστος καὶ ζωοποιῶν μυστηρίων, ἐγίνετο μέτοχος· καὶ τροφὴς μικρᾶς, ὡς ἔθος ἦν, μετελάμβανον. Μετὰ τοῦτο συνήγοντο πάντες εἰς τὸ εὐκτήριον, καὶ γενομένης εὐχῆς ἐκτενοῦς καὶ γονυκλισίας ἐφ' ἱκανῶν,

A. nus. Tum manu pulsans ostium, primo in eum incidit monachum cui forium cura demandata erat : hic vero ad hegumenum duxit ; et hegumenus suscipiens eum, vidensque habitu vultuque modesto inclinante sese, ut monachi solent, atque ut pro se oraret postulante, interrogavit et dixit : Unde nobis ades, frater ? aut cuius rei gratia ad nostram venisti humilitatem ? Cui Zosimas : Unde, inquit adsim, nihil opus est dicere ; veni autem profectus spiritualis gratia : audiavi enim de vobis gloriosa et laude digna, quæ possint animam ad intimam Christi Dei nostri familiaritatem adducere. Respondit hegumenus : Deus, qui solus noscit humanam infirmitatem, ipse te, frater, ac nos docebit divinam suam voluntatem, et ad faciendâ quæ convenit diriget. Neque enim homo hominem juvare potest, nisi unusquisque sibi ipsi attendat continue, et mente casta quod justum est operetur, Deum habens arbitrum et susceptorem actionum suarum. Ast quia charitas Dei, ut dicis, impulit te venire, ad nos humiles senes visitandos ; mane nobiscum, siquidem ideo advenisti ; et nos omnes per gratiam spiritus enutriet bonus ille Pastor, qui dedit animam suam pro nostra redemptione, et oves proprias vocat nominatim. Talia loquente hegumeno rursus Zosimas inclinavit se ac benedici petiit, atque respondens, Amen, in illo monasterio mansit.

5. Hic ille senes vidit, et actione et contemplatione eximios, servire Deo : erat enim iis psalmodia indefessa ac statio pernox : quibus in manibus semper operis aliquid, in ore vero psalmus erat. Nullus inter eos otiosus sermo : nulla sollicitudo temporalium ; redditus vero annue numerandi, et curæ secularibus negotiis conjunctæ, apud eos nec nominabantur quidem. Unum autem idemque omnium erat studium, ut quisque ipsorum mortuus esset corpori, quasi mundo et omnibus quæ in mundo sunt simul ac semel defunctus. Esca illis indeficiens erant divina eloquia : corpori vero indulgebantur necessaria duntaxat, panis et aqua ; eo quod singuli maximo erga Deum amore flagrarent. Hæc conspiciens, uti retulit, Zosimas ædificabatur plurimum, ad anteriora semper extendens se et cursum suum accelerans, utpote socios nactus, qui essent in vinea Domini operarii optimi.

6. Diebus porro elapsis plusculis, adfuit tempus quo sacrum jejunium peragi solet a Christianis, præparantibus sese ad divinæ passionis ac resurrectionis venerandæ solemniam. Janua autem monasterii, tanquam reserata sed clausa semper, commoditatem præbebat monachis exercitationis ab interpellatoribus liberæ : neque enim recludi solebat nisi monachorum aliquis necessaria de causa emitti deberet ; et locus omnino desertus, plerisque etiam vicinis monachis non tantum inaccessus, sed etiam ignotus erat : servabatur vero in monasterio regula quædam, cuius gratia, ut ego quidem existimo, Zosimam illuc adduxerat Deus. Quæ vero illa et quomodo servabatur ? Jam nunc dicam. Dominica die, quæ primæ post jejuniorum hebdomadæ nomen tribuit, celebrabantur publice divina ex more mysteria, et communicabat unusquisque incremento ac vivifico sacrificio : tum modico reficiebatur cibo. Post hac collecti in oratorium, facta proluxa oratione et genuflexione multa, osculabantur sese invicem senes, et sigillatim provoluti ad hegumeni

NOTÆ.

(20) Alias, παρεσκευάσατο, ordinaverat, præparaverat.

(21) Item, τούτα, hinc.

(22) Alias, μέγαν, multum, valde, quod minus placet.

(23) Ibidem μέγιστα τε, maximeque.

(24) Ibidem ἀντὶ πολλῶν, pro multis.

(25) Item, οὐδὲ ὀνομάζοντο παρ' αὐτοῖς ἢ ἐγνωρίζοντο, non nominabantur ab ipsis neque cognoscebantur.

pedes, veniam poscebant et benedictionem, quæ illos a certamen præmuniret in viamque deduceret.

7. His peractis, aperiebatur monasterii janua, et consona voce decantabatur psalmus: *Dominus illuminatiomena et salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, a quo trepidabo?* et reliqua. Et egrediebantur omnes, unum plerumque vel alterum ad custodiam monasterii relinquentes; non ut custodiret intus reposita (nec enim apud eos erat quod fures auferre possent) sed ne oratorium absque sacro ministerio relinqueretur. Unusquisque vero de annona sibi prospiciebat, ut volebat et poterat: et hic quidem ad corporis necessitatem modicum panem, iste ficus, dactylos alius, alter legumina, aquis macerata efferebat; quidam vero nihil, præter corpus suum eique superinjectam lacernam, sustentaturus se, cum cibum natura posceret, herbis in deserto nascentibus. Regula porro inter eos et lex inviolabilis erat: Nesciat alter de altero quem exercitationis rigorem modumve teneat. Nam transitio Jordane ab invicem longe dividebatur, plenam sectantis solitudinem; ita ut nemo occurreret alteri: quod si quis alium vidisset eminens sibi adversum venire, continuo a recta declinabat via, atque in aliam sese partem convertibat, sibi vivens et Deo, cum jugi psalmodia eoque cibo qui ad manum erat.

πορεύεσθαι, καὶ ἐφ' ἕτερον μέρος ἐγένετο, ἐαυτῷ πενιχέριον γευόμενος.

8. Postquam hunc in modum omnes jejuniis dies ipsis transiissent, revertebantur ad monasterium Dominici præcedente Salvatoris nostri vivificationis a mortuis resurrectionem, cuius profectum cum ramis palmarum celebrare Ecclesia instituit: revertebatur autem unusquisque, referens sui propositum fructum conscientiam propriam, sibi ipsi testantem quomodo esset operatus, et qualium laborum semina messisset: nemo enim præsumebat omnino interrogare alterum, quomodo propositum sibi agonem absolvisset. Talis igitur erat monasterii regula, et sic perfecte complebatur: quia unusquisque eorum in deserto exsistens, sub agoni theta Deo contra seipsam pugnabat, tanquam non quærens placere hominibus, neque ad ostentationem jejunans: quæ enim fiunt hominum causa, ex voluntate ipsis placendi, ea parum admodum facientem juvant, ipsique causa sunt magnæ quandoque calamitatis.

9. Ergo ex consueto monasterii usu, Zosimas quoque eodem tempore Jordanem trajicit, modicum ferens ad usus necessarios commeatum, et ipsum quo erat indutus vestimentum. Ibi, juxta præscriptum regulæ, per eremum oberrans, pro naturæ exigentia definiebat horam sumendi cibi, noctu vero procumbere humi modicum somnum capturus, ubicunque ipsum vespere deprehendisset. Mane factu, iterum accingebatur itinери, contente quidem semper ambulans, desiderium vero habens, ut postea retulit, penetrandi eremum interioriorem, invenientesque in ea commorantem aliquem Patrem, qui ipsum ad id quo aspirabat posset perducere: et ambulabat festinans, ac si contenderet cito pervenire ad illustre publicumque diversorium. Diebus autem viginti itinerando consumptis, cum sexta advenisset hora, tantisper repressit gressum, et versus orientem conversus consuetam persolvit orationem: consueverat enim certis diei temporibus intermittere ambulandi contentionem, et paululum requiescere a labore, atque nunc stando, nunc genu flectendo orare ac psallere.

NOTÆ.

(26) Ita correxi; nec enim commodum sensum videbatur facere, quod in utroque mss. legebatur,

ἡσπάζοντο ἀλλήλους οἱ γέροντες, καὶ τὸν ἡγούμενον, περίπτυσσόμενος ἕκαστος, βάλλων μετάνοιαν. ἤπειτο λαβεῖν εὐχὴν καὶ ἔχειν πρὸς τὸν προκείμενον ἀγῶνα συναγωνιστὴν καὶ ἐμπειρον.

Ζ'. Τούτων δὲ γενομένων ἡ θύρα τοῦ μοναστηρίου ἠνοίγετο, καὶ ψάλλοντες συμφώνως τὸ, Κύριος φωτισμός μου καὶ Σωτὴρ μου, τίνα φοβηθήσομαι; Κύριος ὑπερασπιστὴς τῆς ζωῆς μου, ἀπὸ τίνος δειλιάσομαι; καὶ τὰ ἐξῆς τοῦ ψαλμοῦ, ἐξήσαν ἀπαντες τοῦ μοναστηρίου. ἓνα τινὰ πολλάκις ἡ δευτερον φύλακα τοῦ μοναστηρίου καταλιμπάνοντες, οὐχ ἵνα φυλάξῃ τὰ ἐνδοθεν ἀποκείμενα (οὐδὲ γὰρ ἦν τι παρ' ἐκείνοις κλέπταις εὐάλωτον), ἀλλ' ἵνα μὴ τὸ εὐκτήριον ἀλειτούργητον καταλείψῃεν. Ἐκαστος δὲ αὐτὸν ἐπεστίτζεν, ὡς περ ἡδύνατο καὶ ὡς περ ἐδούλετο. ὁ μὲν γὰρ ἄρτον ἐκδίμιζε τῇ χρεῖα τοῦ σώματος σύμμετρον, ὁ δὲ ἰσθάδας, ἄλλος φοίνικας, ἕτερος ἡσπρια βραχέοντα ἐν ὕδατι, ἄλλος δὲ οὐδὲν, εἰ μὴ τὸ σῶμα ἴδιον καὶ τὸ ῥάκιον ὁ περιεβέβλητο, ἐτρέφετο καὶ ὁσάκις ἡ φύσις ἠνάγκαζε ταῖς ψυχομέναις βοτάναις κατὰ τὴν ἐρημον. Κανὼν δὲ ἦν ἐκάστῳ αὐτῶν καὶ νόμος οὗτος παρ' αὐτοῖς φυλαττόμενος ἀπαράδατος, τὸ μὴ γινώσκῃ ἕτερος ἕτερον, πῶς ἐγκρατεύεται, ἢ πῶς διάγει ὁ ἕτερος. Τὸν γὰρ Ἰορδάνην εὐθὺς περαιούμενοι, μακρὰν ἀπ' ἀλλήλων ἕκαστος ἐχωρίζετο, καὶ πολλὴν (26) εἶχε τὴν ἐρημον, καὶ οὐδεὶς παρέβαλλε πρὸς τὸν ἕτερον. Ἀλλὰ καὶ εἴπερ εἷς ἐξ αὐτῶν ἐθεάσατο μακρόθεν ἕτερον ἐκ' ἐκείνων ἐρχόμενον, εὐθέως ἐξέκλινε τοῦ κατ' εὐθείαν δὲ ἐξῆς καὶ τῷ Θεῷ, ψάλλον διαπαντός καὶ τροφῆς

ἡ'. Οὕτω τοίνυν ἀπάσας τὰς ἡμέρας τῆς νηστείας διατελοῦντες, ὑπέστρεφον εἰς τὸ μοναστήριον, ἐν τῇ Κυριακῇ τῇ πρὸ τοῦ ζωοποιοῦ τοῦ Σωτῆρος ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως, ἣν ἑορτὴν προσόρτιον μετὰ βατῶν ἑορτάζειν ἡ Ἐκκλησία παρέλαβεν. Ὑπέστρεφε δὲ ἕκαστος ἔχων τοῦ ἰδίου σκοποῦ γεώργιον, τὴν ἰδίαν συνείδησιν, γινώσκουσιν ὅπως ἐργάσατο καὶ πόλιν πόνων σπέρματα κατεβάλετο. καὶ οὐδεὶς τῶν παρὰ πᾶν τὸν ἕτερον, πῶς ἢ τίνα τρόπον τὸν προκείμενον ἀγῶνα διήλθῃεν. Οὗτος μὲν ἦν ὁ τοῦ μοναστηρίου κανὼν, καὶ οὕτω καλῶς ἐκτελούμενος. Ἐκαστος γὰρ αὐτῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ γινόμενος, ὑπ' ἀθλοθέτῃ τῷ Θεῷ καθ' ἑαυτὸν ἀγωνιζόμενος, τοῦ μὴ ἀρέσκειν ἀνθρώποις καὶ κατ' ἐπίδειξιν ἐγκρατεύεσθαι: [ἐλευθερούμενος]. τὰ γὰρ δι' ἀνθρώπους γινόμενα καὶ πρὸς τὸ ἀρέσκειν ἀνθρώποις τελούμενα, μὴ ὅτι γε εἴπερ οὐδὲν ὠφελοῦσι τὸν πράττοντα, ἀλλὰ καὶ πολλῆς γίνονται ζημίας τῷ ποιοῦντι παραίτια.

Θ'. Τότε τοίνυν ὁ Ζωσιμᾶς τῷ συνήθει νόμῳ τοῦ μοναστηρίου τὴν Ἰορδάνην ἐπέρασε, μικρὰ τινα κομισάμενος ἐφόδια πρὸς τὴν χρεῖαν τοῦ σώματος. καὶ αὐτὸ τὸ ῥάκος ὅπερ ἠμφίεστο. Καὶ τὸν μὲν κανὼνα διετέλει, τὴν ἐρημον διερχόμενος, καὶ καιρὸν τροφῆς ἐποιεῖτο τὴν ἀνάγκην τῆς φύσεως. ἐκάθευθε δὲ νυκτὸς εἰς τὴν γῆν ὀλίγον κατακλινόμενος καὶ ἵπνον μετρίου γευόμενος, ὅπου δ' ἂν αὐτὸν ὁ τῆς ἐσπέρας χρόνος κατέλαβεν. ὁρθοῦν δὲ πάλιν βαθείας τοῦ βυθίου πάλιν ἀπήρχετο, ἔχων αἰετὶς κινήσεως τὸν τόνον ἀνένδοτον. Εἰς ἐπιθυμίαν δὲ ἦλθεν, ὡς εἶπε, γενέσθαι κατὰ τὴν [ἐνδοτερον] ἐρημον [ἐλπίσας]... εὐρεῖν τινα Πατέρα κατ' αὐτὴν διατρίδοντα, δυνάμενον αὐτὸν συμβαλέσθαι πρὸς τὸ ποθοῦμενον. καὶ δὴ συνόνως τὴν ὁδοπορίαν διήνυσεν, ὡς ἐπὶ τι σπεύδων περιφανὲς καὶ πρόδηλον καταγύγιον. Ἐκκοσι δὲ ἡμερῶν ὁδὸν διανύσας, ἕως ὅτε ὁ τῆς ἑκτῆς ὥρας ἦλθε καιρὸς, ἔστη τῆς ὁδοπορίας μικρὸν, καὶ βλέψας πρὸς ἀνατολὰς, ἐτέλει τὴν συνήθη εὐχὴν. εἰώθει γὰρ τεταγμένους τῆς ἡμέρας καιροῦς, ἐγκόπτειν μὲν τῆς ὁδοπορίας τὸ σύντονον, καὶ μικρὸν τοῦ κόπου διαναπαύεσθαι, ἐπὶ τῷ δὲ ψάλλειν καὶ γόνυ κλίνειν, καὶ οὕτω προσεύχεσθαι.

καὶ πόλιν εἶχε τὴν ἐρημον, Et civitatem habebat sive putabat eremum.

ι. Ἐν δὲ τῷ ψάλλειν καὶ ὁρᾶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀκαταπαύστῃ ὁρᾷ, ὁρᾷ ἐκ δεξιῶν κλίτους, ἐν ᾧ ἐστὼς τὴν ἑκτὴν προσηύχετο, ἀποσιόσασθαι φανὲν ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν ἐταράττετο, φάσμα δαιμονικὸν ὑποπτεύων ὁρᾶν, καὶ γέγονε σύντρομος· τῷ δὲ σημείῳ τοῦ σταυροῦ σφραγισάμενος [καὶ τὸν φόβον ἀποσεισάμενος] [ἦδη γὰρ τέλος εἶχεν ἡ εὐχή αὐτοῦ], ἐπιστρέψας τὸ ὄμμα, ὁρᾷ τινα κατὰ ἀλήθειαν πρὸς μεσημβρίαν βαδίζοντα· γυμνὸν δὲ ἦν τὸ ὁρώμενον, μέλαν τῷ σώματι, ὡς ἐξ ἡλιακῆς φλογὸς μέλαν γενόμενον, καὶ τρίχας ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ [λευκὰς] ὡσεὶ ἔριον, ὀλίγας δὲ καὶ αὐτάς, ὡς μὴ πλέον τοῦ τραχήλου τοῦ σώματος καταφέρεσθαι. Τοῦτο τοίνυν ὁ Ζωσιμάς θεασάμενος, καὶ ὡς περ ἑνὸς ὧφ' ἡδονῆς γενόμενος, περιχαρὲς τῷ παραδόξῳ θεάματι, ἤρξατο τρέχειν ἐπ' ἐκεῖνο τὸ μέρος, ἐφ' ᾧ καὶ τὸ ὁρώμενον ἐσπευδεν· ἔχαιρε γὰρ χαρὰν ἀνεκλάλητον· οὐδέπω γὰρ ἦν θεασάμενος ἐν ὧν τῶν ἡμερῶν ἐκεῖνων διαστήματι ἀνθρωπίνου εἶδους, [ζώου, ἢ πετηνοῦ, ἢ χερσαίου μορφῇ] ἢ ἀποσκίασμα (28).] Ἐξήτει γοῦν γυνάικι, τίς καὶ ποταπὸς ὁ ὁρώμενος, ἐλπίζων ὅτι τινὼν μεγάλων θεωρὸς καὶ ἐπόπτης γενήσεται.

ια. Ὡς δὲ ἐπέγνω τὸν Ζωσιμᾶν ἐρχόμενον μῆκοθεν, ἤρξατο φεύγειν καὶ τρέχειν ἐπὶ τὸ τῆς ἐρήμου ἐνδότερον· ὁ δὲ Ζωσιμάς, ὡς περ τοῦ γήρους ἐπιλαθόμενος, εἰ δὲ καὶ τὸν κόπον τῆς ὁδοῦ μὴ λογισάμενος, συνέτεινεν ἑαυτὸν καταλαβεῖν τὸ φεύγον αὐτὸν ἐπειγόμενος. Οὗτος μὲν εἰδὼς, τὸ δὲ εἰδὼς καὶ ἦν δ' ὁ τοῦ Ζωσιμαῖ δρόμος ὀξύτερος, καὶ κατ' ὀλίγον ἐγένετο τοῦ φεύγοντος πλησιώτερος. Ὡς δὲ ἤγγισεν ἤδη, ὥστε καὶ φωνὴν λοιπὸν ἐξακούεσθαι, ἤρξατο κράζειν ὁ Ζωσιμάς, καὶ τοιαύτας φωνὰς ἀρῖναι σὺν δάκρυσιν· Τί με φεύγεις γέροντα καὶ ἁμαρτωλόν; δοῦλε τοῦ θντο; Θεοῦ, μεῖνόν με, ὅστις ἀν εἰ, τὸν Θεὸν δι' ὃν ταύτην τὴν ἔρημον ὥκησας· μεῖνόν με τὸν ἀσθενῆ καὶ ἀνάξιον, τὴν ἐλπίδα ἦν ἔχεις πρὸς τὴν τοῦτο σου τοῦ καμάτου ἀντίδοσιν· στήθι καὶ μετὰ δὸς εὐχῆς καὶ εὐλογίας τῷ γέροντι, τὸν Θεὸν μὴ βδελυττόμενον ποτέ τινα. Ταῦτα τοῦ Ζωσιμαῖ σὺν δάκρυσι λέγοντος, γαγόναντι ἀμφοτέρω τρέχοντες ἐν τινὶ τόπῳ, ἐν ᾧ περ τις χεῖμαρρος ξηρὸς ἐτετύπωτο· οὐ μοι δοκεῖ ποτε γινάμενος χεῖμαρρος, (πῶς γὰρ ἐν ἐκείνῃ τῇ γῇ φανήσεται χεῖμαρρος (29);) ἀλλ' ὁ τόπος τοιαύτης ἔλαχε θέσεως.

CAPUT II.

Maria cum Zosima, divinitus sibi noto loquens, eidem exponit vitæ suæ meretriciæ sordes.

ιβ. Ὡς οὖν κατέλαβον τὸν εἰρημένον τόπον, τὸ μὲν φεύγον κατῆλθε καὶ αὖθις ἀνῆλθεν καὶ εἰς τὸ μέρος τὸ ἔτερον, ὁ δὲ Ζωσιμάς κεκμηκὼς καὶ μὴ τρέχειν δυνάμενος ἔστη τὸ ἔτερον μέρος τοῦ τόπου χεῖμαρροειδούς, καὶ προσέθηκε τοῖς δάκρυσι δάκρυα καὶ ταῖς οἰμωγαῖς οἰμωγὰς (30), ὡς πλησίον αὐτοῦ λοιπὸν τοὺς ὀδυρμούς ἐξακούεσθαι. Τότε ἐκείνους τὸ φεύγον σώμα φωνὴν τοιαύτην ἀφίησιν· Ἀββὰ Ζωσιμαῖ, συγχώρησόν μοι διὰ τὸν Κύριον, οὐ δύναμαι ἐπιστραφεῖν καὶ ὁφθῆναι σοι οὕτως εἰς πρόσωπον· γυνὴ γάρ εἰμι, καὶ γυμνὴ, καθάπερ ὁρᾷς, καὶ τὴν αἰσχύνην τοῦ σώματός μου ἀπερικάλυπτον ἔχουσα. Ἀλλ' εἴπερ θέλεις πάντως ἁμαρτωλῶν γυναῖκα χαρίσασθαι μίαν εὐχὴν, ῥίψον μοι τὸ ῥάκος ὃ περιβέβληται, ὅπως ἐν αὐτῷ συγκαλύψω τὴν γυναικειαν ἀσθένειαν, καὶ στρέφωμαι πρὸς σέ, καὶ τὰς εὐχὰς σου κομίζωμαι. Τότε φρίκη καὶ φρενῶν ἔκστασις ἔλαβε τὸν Ζωσιμᾶν, ὡς ἔλεγεν, ἀκούσαντα τίως ὅτι Ζωσιμᾶν αὐτὸν ἐκάλεσεν ἐξ ὀνόματος· ὁ δὲ γὰρ ὢν ὁ ἀνὴρ καὶ πρὸς τὰ θεῖα σοφώτατος, ἐπέγνω ὅτι οὐκ

10. Dum autem orat, et oculos in cœlum visu irrelorto defigit, ecce in dextero latere ejus in quo sextam persolvebat loci, veluti corporis humani simulacrum apparet. Et ipse quidem primum conturbatus suspicabatur diabolicum sibi offerri spectrum; tremoreque concussus, sanctæ crucis signo signavit seipsum: jam enim ad finem pervenerat oratio. Dein convertens oculos, vidit revera aliquem contra meridiem ambulare: nudum autem erat quod videbatur, et cute nigrum tanquam ex ardore solis; crines vero habens in capite ad instar lanæ, eosque modicos, nec multum ultra collum defluentes. Tali spectaculo recreatus Zosimas, et vix præ gaudio sui compos, eo versus procurrare cœpit, quo etiam illud quod apparuerat festinabat. Ineffabili enim replebatur lætitia, ut qui toto tam multorum dierum spatio nulla vel hominis vel alterius cuiuscunque animalis vestigia deprehenderat. Cupiebat igitur cognoscere, quis et unde esset qui videbatur, sperans quod magna quædam spectaturus et auditurus esset.

11. Verum persona illa, ut cognovit eminens Zosimam ad se venire, fugere cœpit, et versus interiore eremum currere. Zosimas autem, tanquam sui oblitus senii, et nihili faciens laborem itineris, contendebat assequi fugientem. Et ipse quidem insequeretur, illa vero fugiebat: sed velocior erat Zosimæ cursus, ac paulatim enim propiorem fugienti staminebat. Mox autem ut exaudiri etiam vox loquentis potuit, clamare cœpit, et hujusmodi verba jactare cum lacrymis: Quid me fugis senem et peccatorem, serve Dei? Exspecta me, quisquis es, per eum ipsum cujus amore eremum hanc habitas: exspecta me infirmum atque indignum senem, per spem quæ habes retributionis ex tanto labore consequendæ. Resiste, et tuam orationem ac benedictionem seni mihi impertire, per Deum, qui neminem a se repellit. Hæc cum lacrymis vociferante Zosima, pervenerunt ambo currentes ad locum quemdam, qui erat in modum alvei fluvialis excavatus; sed, ut mihi videtur, torrens ibi nunquam ullus fluxit, eumque situm locus potius habuit a natura.

CAPUT II.

Maria cum Zosima, divinitus sibi noto loquens, eidem exponit vitæ suæ meretriciæ sordes.

12. Postquam ad jam dictum locum pervenit uterque; fugiens quidem descendit, et rursus in aliam ascendit partem; Zosimas autem defatigatus, neque amplius currere valens, stetit ex citimo loci torrenti formis latere; addens lacrymis lacrymas, et suspiria suspiriis, ut ipsi approprians suos tandem planctus exaudiret. Tunc illud fugitivum corpus, hujusmodi emisit vocem: Abba Zosima, ignosce mihi, per Dominum; non possum converti, neque sic coram vultu tuo videnda astare: mulier enim sum, verenda corporis discooperta gerens. Sed si omnino vis peccatrici feminæ petitionem unam indulgere, projice mihi pallium quo amictiris, ut muliebrem infirmitatem contegam, et conversa suscipiam benedictionem tuam. Tunc horror et quædam mentis alienatio Zosimam occupavit, sicut aiebat, audientem quod Zosimam se compellaret ex nomine. Cum enim acuti vir esset ingenii et divinarum rerum scientissimus, cognovit quod ex nomine se non compellasset illa, quem viderat nunquam et de

NOTÆ.

(27) Deerat hæc vox in ms. regio, quamvis ad complendum sensum necessaria: supplevimus ergo eam ex Bavarico, uti cæteras, antehac inclusas aut posthac includendas.

(28) « Aut alterius animalis sive volatilis seu terrestriis figuram vel umbram: » pro quibus in ms. regio solum habetur ἢ ἐτέρου τεύχεα.

(29) Opportune hæc adduntur in Bavarico: « Quomodo enim in ejusmodi terra torrens visus fuisse? »

(30) Οἰμωγὴ, *planctus, ejulatus*: in hanc lectionem mss. consentiunt: alicubi minus recte, Οἰμωδὴ, scriptum invenitur.

quo nec audiverat quidem, nisi spiritu prædita esset prophético.

13. Ut igitur intellexit quid juberet, statim involvens vetus et detritum quod gerebat pallium, versus illam projecit, seque obvertit. Ipsa vero accepto eo velavit partes corporis, quas præ cæteris obtegi conveniebat, conversaque ad Zosimam sic locuta est: Quid tibi in mentem venit, Zosima, quod tantopere cupias videre peccatricem mulierculam? Quid ex me scire aut discere volens, tantum laborem impiger suscepisti? At ille genu flectens, rogabat, ut sibi ex more benediceret: sed et ipsa idem postulabat, sese inclinans: et jacebant ambo, alter ab altero benedicti volens, nec aliud utrumque audiebat, quam, Benedic. Tandem cum longior mora fieret, ait mulier ad Zosimam: Abba Zosima, tibi compellit ut benedicas, ac super me ores: te enim presbyterii dignitas ornat, tu ex multo tempore ad sanctum astas altare, et sæpius sacrificiis divina obtulisti munera. Ad hæc etiam magis obstupuit Zosimas; et contremiscens senex, velut in agonia perfundebatur sudore; suspiransque et verba singultibus interrumpens, spiritu interciso et palpitanti pectore, ait ad eam: Manifestum est, o mater spiritualis, vel ex moribus tuis, quod ad Deum ascenderis, majorique ex parte mundo mortua sis: patet etiam donum quod tibi divinitus obtigit, quia sic ex nomine compellans me, et presbyterum esse asseris, quem nunquam conspexisti. Quoniam igitur gratia, non ex dignitate, sed ex spiritualibus ornamentis dignoscitur, benedic, obsecro, propter Dominum, et ora pro me, tuæ suffragationis indigo.

14. Tunc instantiæ senili cedens mulier; benedictus sit, inquit, Deus, qui hominum et animarum salutem curat. Zosima autem respondente, Amen; surrexerunt ambo de genibus, et ad senem prior sic inquit mulier. Cur, obsecro, ad me peccatricem venisti, o homo? quare voluisti videre mulierculam omni virtute nudam? Verumtamen quando huc te adduxit sancti Spiritus gratia, ut mihi aliquod ministerium exhibeas temporis congruum; dic, quomodo nunc agitur cum gente Christiana? quid reges agunt? quomodo gubernatur Ecclesia? Zosimas ad hæc paucis respondit: Per tuas, o mater, sanctas preces, stabilem omnibus pacem indulsit Christus: sed obsecro ut hujus indigni senis deprecationem suscipiens, ores pro mundo universo atque pro me peccatore, ut solitudinis hujus tantæ non frustra fœnem emensum spatium. Ipsa vero reposuit: Hodie, abba Zosima, oportebat te, qui sacerdotio præcellis, ut dixi, pro me et pro omnibus orare, ad hoc enim ordinatus es: quia tamen jubemur obedire, lubens faciam quod imperasti.

τοῦτο γὰρ αὐτὸ κεκλήρωσαι· πλὴν ἐπεὶ περ ὑπακοὴν ποιεῖν κελεύεσθαι, τὸ προσταχθὲν ὑπὸ σοῦ προθύμως ποιῆσθαι.

15. Hæc dicens ad orientem convertit sese, oculosque in sublime attollens ac manus extendens, cœpit orare movendo labia, sic tamen ut vox nulla distincte audiretur; unde neque Zosimas quidnam ex ejus oratione potuit intelligere: stabat autem, ut dixi, trepidus, terramque intuens, et omnino nil loquens. Juravit autem, sermonissimū testem appellans Deum, quod animadvertens longius protrahi orationem, oculos aliquantulum a terra sustulit, viditque ipsam orare in altum sublata, et in aere suspensam velut ad cubitum unum: quod cum vidit, majori correptus metu, vultuque anxio, et omnino nihil proloqui audens, solum intra se dicebat identidem, Domine, miserere. Sic autem in terra jacent, scandalizari cœpit senex cogitando, ne forte

ἂν ἐξ ὀνόματος ἐκάλεισεν, δι' οὐδέποτε εἶδε καὶ περὶ οὐ οὐδέποτε ἤκουσεν, εἰ μὴ τῷ προορατικῷ προδύλως χάρισματι ἐλαμπρύνετο.

17. Ἐποῖαι δὲ σὺν τάχει τὸ καλεούμενον, καὶ περιελθόμενος ὅπερ εἶχε παλαιὸν καὶ ἐρρωγὸς ἱμάτιον, ἐρρίψεν ἐπ' αὐτήν, ὀπισθοφανῶς ἱσταμένος· ἡ δὲ λαβοῦσα αὐτὸ ἐκάλυψε τινα μέρη τοῦ σώματος, ὥστε εἶδε πλεον τῶν ἄλλων καλύπτεσθαι. Στρέφεται οὖν πρὸς τὸν Ζωσιμᾶν, καὶ φησὶ πρὸς αὐτόν· Τί σοι εἶδοξεν, ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, ἁμαρτωλὸν θεάσασθαι γυναῖκα; τί ἐξ ἐμοῦ μαθεῖν ἢ ἰδεῖν τοσοῦτον κόπον οὐκ ὠκνησας ἀναδέξασθαι; Ὁ δὲ εἰς γῆν κλίνας τὰ γόνατα, ἤγειρε λαβεῖν εὐχὴν κατὰ τὸ σὺνηθεῖς, ἡ δὲ κατ' αὐτὴν βάλλει μετάνοιαν (31)· καὶ ἐκείντο ἀμφοτέρω ἐπὶ τὴν γῆν, ἕκαστος ἐξαιτῶν εὐλογῆσαι τὸν ἑτερον, καὶ οὐδὲν ἦν ἀκούσαι παρὰ ἀμφοτέρων λεγόμενον, εἰ μὴ τὸ, Εὐλόγησον. Μετὰ δὲ πλείστης ὥρας διάστημα, ἔφησεν ἡ γυνὴ πρὸς τὸν Ζωσιμᾶν· Ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, σοὶ τὸ εὐλογῆσαι ἀρμόζει καὶ εὐχεσθαι· σὺ γὰρ πρεσβυτέρου ἀξίᾳ τετιμῆσαι, σὺ ἐκ πλείστων ἐὼν τῷ ἁγίῳ θυσιαστηρίῳ παρίστασαι, καὶ πολλὰκις τῶν θείων δώρων μυσταγωγὸς γεγέννησαι. Ταῦτα τὸν Ζωσιμᾶν εἰς μέλινον φθόρον καὶ ἀγωνίαν ἐβόλε, καὶ σύντρομος ὁ γέρων γενόμενος ἰδῶντι περιεβρίβειτο καὶ ἔστεινε, καὶ τὴν γυνῆν περιεκόπτετο· λέγει δὲ πρὸς αὐτήν· διακεκομμένη καὶ συνεχεῖ τῷ ἀσθματι· Ἀλλή μὲν, ὡ μῆτερ πνευματικῇ, καὶ ἐκ τοῦ ἥθους αὐτοῦ, ὅτι σὺ πρὸς Θεὸν ἐξεδήμησας καὶ τῷ πλείονι μέρει τῷ κόσμῳ νενέκρωσαι· ὁ δὲ πλεον τὸ δεδομένον σοι χάρισμα, τῷ οὕτω με ἐξ ὀνόματος καλέσαι καὶ πρεσβύτερον λέγειν, δι' οὐδὲ ποτε θεάσασθαι· ἀλλ' ἐπεὶ περ ἡ χάρις οὐκ ἐκ τῶν ἀξιωμάτων γνωρίζεται, ἀλλ' ἐκ τρόπων ψυχικῶν [χαρακτηρίζεσθαι εἰσθεὶν], αὐτὴ εὐλόγησον διὰ τὸν Κύριον, καὶ μετὰ δὲ εὐχῆς τῷ δεδομένῳ τῆς σῆς ἀντιλήψεως (32).

18. Τῇ ἐνστάσει τοίνυν παραχωρούσα τοῦ γέροντος, ἔφησεν ἡ γυνὴ· Εὐλογητὸς ὁ Θεός, ὁ τῆς σωτηρίας τῶν ἀνθρώπων καὶ ψυχῶν κηρύττων. Τοῦ δὲ Ζωσιμᾶ εἰπόντος τὸ, Ἀμήν, ἀνέστησαν ἐκ τῆς γονυκλισίας ἀμφοτέρω, καὶ φησὶν ἡ γυνὴ πρὸς τὸν γέροντα· Τίνος χάριν πρὸς ἐμὲ τὴν ἁμαρτωλὸν ἐβόλες, ἀνθρώπε; τίνος χάριν γυμνὸν πάσης ἀρετῆς ἰδεῖν ἠθέλησας γυναῖκα; Πλὴν ἐπεὶ περ σε πάντως ἡ χάρις τοῦ ἁγίου καθωδήγησε Πνεύματος, ὅπως· τινὰ διακονίαν ἐκτελέσῃς τῷ χρόνῳ μου πρόσφορον [εἰπέ μοι], πῶς τὸ Χριστιανικὸν φύλον πολιτεύεται σήμερον; πῶς οἱ βασιλεῖς; πῶς τὰ τῆς Ἐκκλησίας ποιμένας; Ὁ δὲ Ζωσιμᾶς ἔφη τῇ πρὸς αὐτήν· Ἐν ὀλίγῳ, μῆτερ, εὐχαῖς ὑμῶν ὁσίων, πᾶσιν ὁ Χριστὸς εἰρήνην σταθερὰν ἐχαρίσατο· ἀλλὰ δέξαι γέροντος ἀνάστην παράκλησιν, καὶ εὖξαι ὑπὲρ τοῦ κόσμου παντός, καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ, ἵνα μὴ ἀκαρπὸν τῆς ἐρήμου ταύτης γίνηται μοι τὸ διάστημα. Ἐκείνη δὲ πρὸς αὐτὸν ἀπεκρίνατο· Σὲ μὲν δέον (33), ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, ἱερῶς ἐχόντα ἀξίωμα, ὡς εἶπον, ὑπὲρ ἐμοῦ καὶ πάντων προσεύχεσθαι· εἰς τοῦτο γὰρ αὐτὸ κεκλήρωσαι· πλὴν ἐπεὶ περ ὑπακοὴν ποιεῖν κελεύεσθαι, τὸ προσταχθὲν ὑπὸ σοῦ προθύμως ποιῆσθαι.

19. Ταῦτα εἰποῦσα, στρέφεται κατὰ ἀνατολὰς, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς τὸ ὕψος διαίρουσα, καὶ τὰς χεῖρας ἐκτείνουσα, ἤρξατο εὐχεσθαι ὑποψιθυρίζουσα· φωνὴ δὲ αὐτῆς οὐκ ἤκούετο ἐναρθρός, ὅθεν ὁ Ζωσιμᾶς; οὐδὲν τῶν τῆς εὐχῆς δεδύνηται σημειώσασθαι· ἵστατο δὲ, ὡς ἔλεγε, σύντρομος εἰς γῆν νενευκῶς καὶ μηδὲν κατόλου φθεγγόμενος. Ὁ μὲν δὲ, Θεὸν τοῦ λόγου προβαλλόμενος μάρτυρα, ὅτι ὡς εἶδεν αὐτὴν εἰς τὴν εὐχὴν χρονίσασαν, μικρὸν ἀντακούσας ἐκ τῆς εἰς γῆν κατανεύσεως, ὅρῳ αὐτὴν ὑψώθεισαν ὡς ἕνα πῆχυν ἀπὸ τῆς γῆς καὶ τῷ ἀέρι κρημαμένην καὶ οὕτω προσεύχεσθαι. Τοῦτο δὲ ὡς εἶδε, φθόβῳ πλείονι συνεχόμενος καὶ σφόδρᾳ ἀγωνίων καὶ μηδὲν φθέγγεσθαι ὅλως τοῖσιν, καθ' ἑαυτὸν δὲ μόνον λέγων ἐπαπολύ τὸ, Κύριε ἐλέησον, καί μενος δὲ ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν

NOTE.

(31) In ms. regio erat. ἤγειρε καὶ αὐτὴ λαβεῖν μετάνοιαν, petebat ipsa etiam accipere pœnitentiam.

(32) Ms. Bavar. τελειότητος, perfectionis.

(33) « Te quidem oportebat, » et melius quam quod in regio; σημερον, hodie.

τῷ λογισμῷ ὁ γέρων ἐσκανδαλίζετο, μήποτε ἄρα πνεῦμα ἦ καὶ τὴν εὐχὴν ὑποκρίνοιο. Στραφεῖσα δὲ ἡ γυνή, ἤγειρε τὸν ἀββᾶν, λέγουσα· Τί σε, ἀββᾶ, οἱ λογισμοὶ συνταράττουσι σκανδαλισθέντα, ἐπ' ἐμοί, δι· ὅτι πνεῦμα ὑπάρχω καὶ τὴν εὐχὴν ὑποκρίνομαι; ἀληθοφωρῶνται, ἀνθρώπε, ὅτι ἀμαρτωλὸν εἰμι γύναιον. Πλὴν τῷ βαπτίσματι τῷ ἁγίῳ τετελείσμαι· καὶ πνεῦμα οὐκ εἰμι, ἀλλὰ γῆ καὶ σποδὸς καὶ τὸ δλον σὰρξ, μηδὲν πνευματικὸν ἐννοήσασα. Καὶ ἅμα ταῦτα λέγουσα, σφραγίζει ἐαυτὴν τῷ σημείῳ τοῦ σταυροῦ μέτωπόν τε καὶ ὄμματα, χεῖρά τε καὶ πόδια. λέγουσα, οὕτως, Ὁ Θεὸς, ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, ἐξελέτω ἡμᾶς ἐκ τοῦ πονηροῦ καὶ τῆς ἐνέδρας αὐτοῦ, ὅτι πολλὴ καθ' ἡμῶν ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ.

15. Ταῦτα τοῖνον ἀκούσας ὁ γέρων καὶ θεασάμενος, ἔρριψεν ἐαυτὸν εἰς τὸ ἔδαφος, καὶ ἐπελάβετο τῶν ποδῶν αὐτῆς σὺν δάκρυσι λέγων, Ὁρῶ σε κατὰ [τοῦ ὀνόματος] τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ἐκ Παρθένου τεχθέντος, δι' ὃν ταύτην ἡμφίεστο τὴν γύναιον, δι' ὃν τὰς σάρκας ταύτας οὕτω κατεδάπανησας, μηδὲν κρύψης ἀπὸ τοῦ δούλου σου, κατ' εἶ, καὶ πόθεν, καὶ πότε, καὶ ποίῳ τρόπῳ τὴν ἔρημον ταύτην κατήχησας; μηδὲν κρύψης ἀπ' ἐμοῦ τὰ κατὰ σέ, ἀλλὰ πάντα διήγησαι, ὅπως τὰ μεγαλεῖα τοῦ Θεοῦ ποιήσης κατὰδῃλα. Σοφία γὰρ κεκρυμμένη καὶ θησαυρὸς ἀφανής. τίς ὡφέλεια ἐπ' ἀμφοτέροισι; καθὰ γέγραπται· εἰπέ μοι πάντα διὰ Κύριον· οὐ γὰρ καυχῆσθαις ἔνεκεν λέξεις ἡ ἐπιδείξαις. ἀλλ' ἵνα με πληροφορήσῃς τὸν ἀμαρτωλὸν καὶ ἀνάξιον· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ, ὃς ζῆς καὶ πεπολίτευσαι, ὅτι τοῦτο ἔνεκεν εἰς τὴν ἔρημον ταύτην ὠδηγήθην, ὅπως τὰ κατὰ σέ ποιήσῃ Κύριος κατὰδῃλα· οὐκ ἔστι τοῖνον τῆς ἡμετέρας δυνάμεως τοῖς κρίμασι τοῦ Θεοῦ διαμάρχεσθαι· εἰ μὴ γὰρ ἦν εὐάρεστον Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν τὸ γνωσθῆναι σε καὶ ὅπως ἡγιόνισαι, οὐδὲ συνεχώρει θεοθῆναι σε ὑπὸ τινος, οὐδὲ ἐμὲ τὸσούτην ὁδὸν διανύσαι ἐνίτχως, τὸν μηδέποτε προθέμενον ἡ δυνάμενον ἐξελεῖν τοῦ κελλείου μου.

16. Ταῦτα εἰπόντος καὶ ἕτερα πλείονα τοῦ ἀββᾶ Ζωσιμᾶ, ἐβλεψαυ αὐτὸν ἡ γυνή, ἔφησε πρὸς αὐτόν, ἀισχύνομαι, ἀββᾶ μου, εἰπεῖν σοι τὴν αἰσχύνην τῶν ἔργων μου, συγχώρησέν μοι διὰ τὸν Κύριον· πλὴν ἐπέπερ γυμνὸν μου τὸ σῶμα τεθέσθαι, ἀπογυμνώσω σοι καὶ τὰς πράξεις μου, ἵνα γινῶς πόσης αἰσχύνης καὶ ἐντροπῆς ἡ ψυχὴ μου πεπλήρωται. Οὐ γὰρ, ὥσπερ ὑπάλαδες, τοῦ μὴ καυχᾶσθαι ἔνεκεν τὰ κατ' ἐμαυτὴν οὐκ ἠθέλον ἐξηγήσασθαι (τί γὰρ καὶ ἔχω καυχῆσθαι); οὐκ οὐδὲ ὅμως ὅτι ἐν ἀπάρξῳμαι τῆς κατ' ἐμαυτὴν ἐξηγήσεως, φεύγης ἀπ' ἐμοῦ, ὡς φεύγει τις ἀπὸ θφωγ, μὴ φέρων ἀκούσαι τοῖς ὤσιν ἄπερ ἄτοκα πέπραχα· λέγω δὲ ὅμως μὴ σιωπήσω μηδὲν, ἔσορκοῦσά σε πρότερον μὴ διαλιπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ προσευχόμενον, ὅπως εὐροίμι ἔλεος ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς κρίσεως. Τοῦ δὲ γέροντος ἀκατασχέτως δακρύοντος, ἤρξατο ἡ γυνὴ τῆς καθ' ἐαυτὴν διηγήσεως, οὕτως εἰπούσα· 17. Ἐγὼ, ἀδελφε, πατρίδα μὲν ἔσχον τὴν Αἴγυπτον· ζώντων δὲ τῶν γονέων μου δωδέκατον ἔτος ἀνύουσα, τὴν πρὸς ἐκείνους στοργὴν ἀθετήσασα, ἐγεινάμην εἰς Ἀλεξάνδρειαν· καὶ ὅπως μὲν τὴν ἀρχὴν, τὴν ἐμαυτῆς παρθενίαν διεφθόρα, καὶ πῶς ἀκρατῶς καὶ ἀκορῆστος εἶχον περὶ τὸ πάθος τῆς μίσεως, αἰσχύνομαι ἐννοεῖν· τοῦτο γὰρ νῦν εἰπεῖν ὑπάρχει σμενότερον, ὃ δὲ συντόμως ἐρῶ, ἵνα τὸ ἐμπαθὲς μου γινῶς καὶ φιλήθονον, δέκα ἐπτά καὶ πρὸς ἐνιαυτοὺς, συγχώρησον, διετέλεσα δημόσιον προκειμένη τῆς ἀσωτίας ὑπέκκαυμα, οὐ δόσῳ τινος, μὰ τὴν ἀληθειαν, ἔνεκεν· οὐδὲ γὰρ τινων διδοῖαι πολλάκις θελόντων ἐλάμβανον. Τοῦτο δὲ ἐπενόησα, ἵνα πλείστους ποιήσω προσέχειν μοι, δῶρον ἐκτελούσα τὸ ἐμοὶ καταθύμιον· μηδὲ γὰρ νομίστης με ὡς εὐποροῦσαν μὴ δέχεσθαι· προσαιτούσα διέζων,

^a Eccli. xli, 17.

A spiritus esset atque orationem simularet. Conversa autem mulier excitavit abbatem, dicens: Quid te conturbant, abba, cogitationes tuæ, scandalizatum in me, quasi spiritus sim et orare me similem? Certus esto, o homo, quia mulier peccatrix quidem sum, sacro tamen dignata baptismo: spiritus autem non sum, sed terra et cinis, ac denique caro nihil spirituale cogitans. Atque hæc dicens signavit sibi ipsi signo crucis frontem et oculos, labiaque et pectus: sic, inquit, Deus, o abba Zosima, eruit nos a malo et ab insidiis ejus, quoniam multa est nobiscum virtus sua.

16. Talia audiens ac videns senex, projecit se in terram, ejusque pedes amplexus dixit: Adjuro te per Christum Deum nostrum, qui ex Virgine natus est, propter quem tantam amplexa es nuditatem, et propter unam carnem hanc sic extenuasti, nequid me celes famulum tuum: quæ, unde, quando, et quomodo eremum hanc inhabitasti? Nihil, inquam, eorum quæ ad te pertinent mihi occultas, sed omnia enarres, ut Dei magnalia efficias manifesta: Sapientia enim abscondita et occultus Thesaurus quæ utilitas utriusque? uti scriptum est. Dic mihi, per Deum obsecro, omnia; neque enim jactantiæ vel ostentationis causa dixeris, sed ut mihi satisfacias peccatori indigno: credo enim Deo, cui vivis et famularis, quod propterea in hanc eremum deductus sim, ut quæ circa te gesta sunt manifesta faceret Dominus. Non est autem in nostra potestate Dei judiciis adversarii: nisi enim placitum Christo fuisset notum facere quomodo certaveris, non utique te cunctum videndam præbuisset, neque mihi virtutem contulisset ad tantum iter emetendum, cui propositum erat nequaquam e cella mea egredi.

17. Hæc et alia plura, dicente Zosima, elevans eum mulier, dixit ad ipsum: Erubesco, abba mi, explicare tibi confusionem operum meorum: ignosce obsecro, propter Dominum. Veruntamen, quandoquidem corpus meum nudum vidisti, denu-dabo et vitam meam, ut cognoscas quantæ turpitudinis et verecundiæ plena sit anima mea. Non enim, quemadmodum suspicaris, jactantiæ declinandæ causa renui tibi narrare de me, quæ sui diabolus vas electionis: sed quia scio, quod si incepero tibi ea exponere, fugies a me, quemadmodum quis fugeret a serpente, non sustinens auribus excipere quæ ego turpissima egi. Dicam nihilominus, nihil reticens, sed ante omnia deprecans, ne cesses orare pro me, ut inveniam misericordiam in die Judicii. Sene autem incessanter lacrymante, exorsa est de se narrare mulier, sic loquens:

18. Ego, frater, patriam habebam Ægyptum: viventibus autem parentibus meis, eum duodecim dumtaxat essem annorum, postposita eorum dilectione, veni Alexandriam. Quomodo autem ibi inprimis contaminaverim virginitatem meam, et quam insatiabili atque impotenti concubitus desiderio æstuaverim, verecundor vel cogitare; et ipsum nunc dicere pudor velat. Unum breviter fatebor, ut ardorem libidinis meæ intelligas; quod decem circiter et septem annos vixi, publicæ luxuriæ (sit verbo venia) incentivum; idque non muneris alicujus gratia (ita mihi testis veritas), sæpe enim volentes dare quidpiam recusavi suscipere. Hoc autem faciebam, ut quamplurimos ad me concurrere facerem, gratis ipsis præbendo dedecus meum. Non quia dives eram ipsa (ne ideo censeas noluisse accipere)

NOTÆ.

(34) Ita perfectior in Bavarico sensus est per modum parenthesis. « Quid enim gloriæ, quæ lucra diaboli? »

vivebam enim mendicato vel ut plurimum stuppam deducendo in fila; sed quia inexplibili cupiditate desiderabam volutari in cœno, et hæc mihi vita erat ac putabatur, naturam efficere omnimoda contumelia.

19. Ita cum viverem, video æstivo quodam tempore turham multam Ægyptiorum virorum ac Libyum concurrere ad mare; et interrogavi primo obvium mihi quoniam festinarent homines isti sic currentes. Ille vero mihi respondit: Hierosolymam omnes contendunt, propter Exaltationem sanctæ crucis, quæ intra paucos dies de more celebrabitur. Ego autem ad illum: Num et me forsitan accipient, si voluero sequi? Si nautum, inquit, habes et viaticum, nemo est qui prohibeat. Tum ego: Vere, frater, neque nautum habeo, neque viaticum: abeo tamen et ego, conscendoque in unam conductarum navicularum; alent illi me, etiam si nolint: corpus enim habeo, hoc ipsis erit pro nautico, pro viatico mihi. Propterea autem, abba mi, volebam ire, ut plures amatores (ignosce fatenti) haberem promptos ad libidinem meam. Dixi tibi, abba Zosima, ne me cogeres eloqui confusionem meam, horresco enim, per Deum juro, et te et aerem inficere sermonibus meis.

20. Tunc Zosimas, lacrymis solum irrigans, ei respondit: Narra per Dominum, mater mea, narra porro, neque præscindas filium tam salutaris argumenti. Ipsa vero priorem sermonem prosequens, hæc adjunxit. Juvenis igitur ille, audita verborum meorum obscenitate, risit et abiit. Ego vero projiciens quam gestabam colum (hanc enim solebam ad tempus circumferre) procuro ad mare, quo cæteros videbam currere; et videns in littore stantes juvenes aliquot, decem numero aut etiam plures, corpore vegetos et motu agiles, atque ad id quod requirebam sufficientes (exspectabant autem, ut mihi videbatur, navigationis socios alios; qui enim præveniant jam navigia conscenderant) ego in medium eorum impudenter me inferens: Accipite, inquam, etiam me quocunque pergitis: nec enim vobis inutilis ero. Tum alia magis pudenda adjiciens, omnes ad risum movi. Ipsi vero videntes meam promptitudinem ad quidquid impudenter libuisset, accipientes me induxerunt in navigium, quod paratum habebant: et quoniam etiam ipsi habebant quod præstolabantur, continuo cœpimus navigare.

21. Quæ vero deinceps secuta sunt, quomodo tibi possim narrare, o homo? Quæ lingua explicare, quis auditus valeat sustinere, quæ in navi atque per iter sunt acta, et ad quæ facienda miseros compuli vel invitos? Nullum lascivix genus est tam insolitum tamque inauditum, cujus non fuerim infelicitibus magistra. Itaque obstupesco abba, quomodo sustinuerit mare luxuriam meam; et quomodo terra non aperuerit os suum, ut viventem me ad inferna dimitteret, factam in laqueum tot animarum. Sed Deus, ut arbitror, quærebat pœnitentiam meam: non enim vult mortem peccatoris, sed longanimiter sustinet, conversionem exspectans. Talibus igitur intenti, studiis pervenimus Hierosolymam: cunctis autem diebus, quæ festivitatem præcessere, similibus aut etiam pejoribus occupabar: nec enim contenta juvenibus illis, quos per mare atque in itinere habueram mihi subservientes; pluribus quoque aliis abusa sum, cives et advenas in id ipsum conquirens.

A καὶ πολλάκις στύπκιον νήθουσα, ἐπιθυμίαν δὲ εἶχον ἀκρόεστον καὶ ἀκατάσχετον ἔρωτα τῷ ἐν βορβόρῳ κυλισθῆναι· καὶ τοῦτό μοι τὸ ζῆν ἦν τε καὶ ἐλογίζετο τὸ διαπαντὸς ἐκτελεῖν τὴν ὕδριν τῆς φύσεως.

